


Conradus Vorstius Jacob Omphalius

Theses Theologicae De Idololatria Romanae Ecclesiae, In cultu Sacramenti Eucharistiae, inque Sacrificio Missae : Propositae ad publicum Examen in Illustri Schola Steinfurtensi, ad diem 2. Iulii

Steinfurti: Caesar, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746983980>

Druck Freier  Zugang





95

52^b. 6.



ET TRUCA & SAUCIA CRESCIT

Jupiterus Stirps haec Trunca
et Saucia crescit.
Sub Cruce sic crescit jugiter
Alma Fides.

Ad Libros IPSorum 97.

Ja 1092 (95.)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dicherni Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione propempticae Academiae Genensis cum eo discederet idem Dichernus.
3. } Orationes inauouatae Academiae Ludunensis Patavoru.
Anno. 1620.
4. } Polvardi. Walaei.
5. } Thysii.
6. } Hommii.
7. } Sinapij.
8. Rauri Pancognica Orientalibus linguis Trajecti ditta. 1693.
9. Hier. Welleri Conspitium de studio Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homilia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Christi Passionem. ibid eod.
14. Quistorpij de Vinibus liberi Arbitrii coll. Cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauenii Dominij gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. xlv. 1634.
17. Iacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capitis Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribus testibus in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zacharianae.
22. —. ad Hebr. xiii, 8. 1643.
23. —. ad Act. xv, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
25. D. Hamekenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoh. 1692.
27. ———. Pars II. —
28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delectu Marp. 1619.
29. ———. Ivano. per Europā Doctrina cum script. S. conformitas.
30. ———. De Apostolici nominis causis.
31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Ivang. Doctrina.
32. ———. De Catholicismo Eccl. Ivangelicae.
33. ———. De Antiquitate Relig. Ivangelicae.
34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Pinkium. 1606.
35. ———. De Analogia seu proportione.
36. Pezelius de S. Coena Stempforti 1602.
37. Jossani Theses contra Ivangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergeri Samyon redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Lucae questionum Theol. Marburgi. 1611.
40. Eolini de Generaloria Christi. ibid. 1608.
41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Peccato
de Baptismo.
43. ———. De Predestinatione. ibid. 1619.
44. ^{Compendium Annotat. Poeticum} Conradig Vorshig de Idolatria Pontificum in cultu Iurhani.
45. ———. Iste Stempfort. 1608.
46. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum.
47. ———. ———. In cultu Imaginum.
48. ———. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roestii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae ha-
bita. Hart. Martij. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Flum.
Giesae. 1646.
52. — De Anima Flum Simplicitate. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicaru. 1646.

1. 8. 3. 7.

2. 11. 4.

3. 29.

4. 38.

5. 39.

6. 50.

7. 43. 49.

8. 44. 48.

9. 47.

10. 46.

A - Q	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A
A - B	16
35	A
B - 36	A - C
A - 80	A - C
A - C	A - C
A - B	A - C
A - B	A - B
A - B	A - B
A - B	A - B
A - B	51
40	24
128	24
72	20
A - B	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - B	
A - C	
A - B	
A - C	
A - C	
B - G	
A - D	

THESES THEOLOGICÆ,
DE
IDOLOLATRIA
ROMANÆ ECCLESIAE, IN
cultu Sacramenti Eucharistiæ, inque
Sacrificio Missæ.

*Proposite ad publicum Examen in Illustri Schola Steinfur-
tensi, ad diem 2. Julii.*

Præside

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO
Dn. CONRADO VORSTIO SS. Theologiæ
Doctore, ejusdemque facultatis Professore
ordinario.

Respondente

JACOBO OMPHALIO Colonienfi.



Steinfurti excudebat Theoph. Cæsar.

ANNO M. DC. VIII.

45.

42

42, 50
48, 49
44, 48
48
46

STRENUIS, NOBILISSIMIS, DO-
ctrinæ & virtutum laudibus, multarumque
rerum usu & experienciâ spectatissimis,
præstantissimisque viris,

*Dn. ASSUERO SCHELEN, in Schelenburgk/ Illu-
striss. Principis Brunovicensis & Luneburgensis &c.
Satrapæ Leofurtensi dignissimo:*

*Dn. BALTHAZARI RIPPERDA, in Wittwert &
Wenhäusen:*

Dn. ARNOLDO SCHYVENCKEN, in Friesenburgk:

Dominis, Mecænatibus & fautoribus suis,
omni observantiæ genere colendis.

*Hasce studiorum suorum Theo-
logicorum primitias,*

*Gratitudinis pignus,
Honoris symbolum,
Observantiæ testimonium,*

Offert

JACOBUS OMPHALIUS.

THESES



THESES THEOLOGICÆ,

De Idololatria Romanæ Ecclesiæ, in cultu Sacramenti Eucharistiæ, inq; Sacrificio Missæ.

I.

NTE Romnes causas, hæcenus deserti, & porro ^{Propositio} deserendi Papatus (quarum XII. nuper ^{generalis.} propositæ fuerunt) ut prima, sic præcipua est, Ecclesiæ Romana Idololatria: quippe qua, vel sola, piis omnibus in hoc negotio sufficere deberet: juxta illud 2. Cor. 6. v. 16. 17. Quæ consensio templo DEI cum Idolis? Nam vos templum estis DEI viventis, &c. Quapropter exite è medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & impurum ne attingatis: & ego suscipiam vos, &c. De hac igitur causa deinceps aliquot Disputationibus, ^{eadem} ^{modis}, agemus.

2. Est autem varia & multiplex Ecclesiæ Romana Idololatria: si præsertim internæ quoq; & spiritualis, non autem externæ tantum & corporalis Idololatriæ species, animo percurramus. Namq; in omnibus penè Sacramentis suis, item Papalibus Decretis, sive Sanctionibus, & Indulgentiis, nec non operibus satisfactoriis, ac meritoriis, præsertim supererogatoriis, & aliis id genus superstitiosis rebus, Idololatriam quandam spirituales committit: dum propriam DEI, aut Christi virtutem (puta gratiam sanctificandi, aut vim peccata delendi, & salutē cōferendi, &c.) iisdē p̄posterè attribuit, suamq; salvificā sp̄e, & fiduciam cordis in ipsis, saltem ex parte, si non in totum, reponit.

Distributio Idololatriæ Papisticæ.

3. Sed ne summo iure cum Adversariis agere videamur, omis-
sâ hac spirituali, & q. occultâ Idololatriâ (quam tamen suo loco
iterū, sed alio sensu, attingemus) de externa tantum, seu corpo-
rali, deinceps agemus: quam, videlicet, Ecclesiæ Romana nō intus

Præteritio quarundâ specierum.

1 2

50.
48. 49.
44. 48.
44.
46.

tantum in animo fovent, sed & foris admodum manifestis signis,
& gestibus ostendit.

Alla distri-
butio spe-
cialior.

4. Eam verò in sex species dividemus: quippe qua, ipsa praxi &
experientia teste, sex potissimum modis illic exercetur: 1. in cultu
Eucharistiae, & Sacrificio Missae. 2. in adoratione, & invocatio-
ne Sanctorum; praesertim mortuorum; & speciatim Mariae
virginis. 3. In adoratione Reliquiarum. 4. In veneratione Ima-
ginum. 5. In cultu rerum, quas vocant, consecratarum, ut a-
qua, salis, olei, cinerum, palmarum, Agnorum DEI, &c. 6. Denique
in cultu ipsius Romani Pontificis, ut omnium precedentium
Idolorum architecti, ac parentis primarii.

Fundamē-
tum pro-
bationis
nostrae.

5. Priusquam verò ad singulas species accedamus, afferenda
nobis est, atque ex DEI verbo demonstranda, generalis quaedam
vera Idololatriae definitio: ex qua, scilicet, speciebus illis recte acco-
modata, continuo manifestum fiet, veram & proprie dictam Ido-
latriam in iis omnibus à Papistis admitti.

Definitio
Idololatriae.

6. Idololatria igitur, generatim accepta, nihil aliud est, quam
cultus divinus, seu religiosus, alicui creaturae, siue verae, siue
fictae, exhibitus. In Scripturis. n. Idololatrae vocantur (1. Cor.
10, 7. Eph. 5, 5. & passim) qui divinum cultum alicui Idolo, siue pro-
prie dicto, ut simulacro vituli (Exod. 32, 4. Act. 7, 41.) siue figuratè
dicto, ut Mammonae (Matth. 6, 24.) tribuere solent.

Divinus
cultus qd.

7. Vocamus autem Divinum, ac Religiosum cultum, qui so-
li DEO, & Jesu Christo debetur: illi, ut primo bonorum omnium
auctori, & parenti, ex quo sunt omnia, & nos in ipsum: huic, ut
unico Mediatori DEI & hominum, per quem sunt omnia, &
nos per ipsum: siue, per quem Deus omnia salutaria nobis largitur.
& per quem nos accedimus ad Deum, &c. Vide 1. Cor. 8, 4 & seqq. itè Joh.
5, 23. Philipp. 2, 9. & deinceps. Apocal. 4, 8. & deinceps. &
5, 13. & 19, 10, &c. Ubi & praecipua, & exempla manifesta sunt,
de uno vero DEO, & Jesu Christo Mediatore, religiose colendo.

8. Sed

8. Sed ut cultus iste divinus plenius intelligatur (eademq; o-
perâ, per tacitam antithesin, Idololatriæ quoq; natura melius p-
spiciatur) opera pretium erit, aliquot illius species, saltem praci-
pua, hic recensere. Quales sunt 1. Adoratio. 2. Invocatio. 3. Fi-
ducia, seu fides & spes salvifica, simul juncta. 4. Eucharistia, seu
laus & gratiarum actio religiosa. Sub quib. alie deinde species in-
feriores, & magis sensibiles, continentur: puta, 5. Sacrificiū 6. Ju-
ramentū. 7. Votum. 8. Templum. 9. Altare. 10. Festum, &c.

Præcipue
ejus species.

9. De prima specie vide Deut. 6, 13. Matth. 4, 10. Dominum
Deum tuum adorabis, & illi soli servies, &c. De secun-
da, & quarta, Psal. 50, 15. Invoca me in die angustiar: & e-
go exaudiam te: & tu glorificabis me, &c. item Joel. 2, 32.
Rom. 10. Quisquis invocaverit nomen Domini, salvus erit.
De tertia Jerem. 17, 5, 7. Maledictus, qui confidit in homine,
&c. Benedictus, qui cōfidit in Domino. &c. Rursus de quar-
ta Coloss. 3, 17. Gratias agentes DEO & Patri, per Christū,
&c. De quinta Exod. 22, 20. Qui sacrificat Diis, præterquam
Jehovæ, occidatur, &c. De sexta Deut. 10, 20. Dominum De-
um tuum coles, & per nomen ejus jurabis. De septima,
simul & quinta Esa. 19, 21. Cognoscent Egyptii Dominū,
& facient sacrificium, & oblationem: & vovebunt Do-
mino, & redant, &c. De octava, nona, & decima, vide o-
mnia illa loca, ubi Deus sibi soli templa, & altaria adificari, &
dies festos sanctificari; contrāq; Idolorum omnium fana, &
altaria, prorsus everti, & sacrā eorū memoriā penit' aboleri jus-
sit. Exod. 23. & 24. & 25. & seqq. item Deut. 6. & 7. & 12. & seqq.

Probatio
singularū
specierum.

10. Unde jam hæc duo intelligi par est, 1. Idololatriam verā,
& propriè dictam, ab iis omnibus committi, qui creaturam ali-
quam, seu veram, seu fictam, religiosè adorant; aut invocant;
aut fiduciam, as spem salutis in ea collocant; aut laudes DEI
& Christi proprias, ei tribuunt; aut sacrificium, aut juramen-

Porisna 1.

13

tū, aut votū, eidem nuncupant: aut deniq; templa, aut altaria,
aut dies festos, &c. eidem constituunt.

Porisma 2. 11. 2. Tantō majorem ac turpiorem hanc Idololatriam esse,
quāto plures divini cultus species hīc simul concurrunt; quāto
tōq; creatura illa, quæ divino cultu afficitur, abjectior ac vilior est,
h. e. D E O, & Christo dissimilior. Si enim vel una divini cultus
species, quæ meris creaturis, licet aliqui præstantissimis, exhibe-
tur, Idololatriæ crimē inducit; certè gravior Idololatria erit, q̄ ferè
totū D E I, atq; Christi cultū, creaturis etiam vilissimis impendit.

De verbis
hujus loci
propriis, &
eorum si-
gnificatio-
ne. 12. Illud verò aut nihil, aut parum, in hac causa refert, quocunq;
tandem vocabulo, aut phrasi, cultus iste Religiosus ac divinus
exprimatur: puta, si ve per verbum λατρεύειν, si ve per δαδύειν, si-
ve per σέβειν, si ve per πορσκυβείν, &c. dummodo ex re ipsa constet,
Religiosum ac divinum esse cultum, qui soli D E O, aut Christo
Mediatori debeat. Scriptura enim promiscuè, & indifferenter,
hæc verba omnia, colere, adorare, servire, invocare, &c. usur-
pat, ubi de solo D E O, & Christo, ritè colendo differit. Vide Matth.
4, 10. Rom. 1, 25. Gal. 4, 8. item 1. Thess. 1, 9. Heb. 9, 14. Apoc. 19, 10. &
passim alibi: & quæ Interpretes ibi notarunt.

Probatio
significati-
onis ex Pa-
tribus. 13. Sic etiam antiqui Ecclesiæ Dd. hac de re promiscuè loquun-
tur. Vide Euseb. lib. 5. Hist. c. 15. ubi Ecclesia Smyrnaea protestatur,
se solum Deum colere atq; adorare, σέβειν καὶ πορσκυβείν, &c. Et
Epiphanius hæres. 79. Pater, inquit, & Filius, & Spiritus S. ad-
oretur, Mariam nemo adoret, &c. Et Hieronymus Epist. 53.
ad Riparium, negat, fideles quicquam præter Deum colere atq;
adorare: ne serviant creatura, potiùs quàm creatori. Vide etiam
Justinum Apolog. 2. Origenē contra Celsum, lib. 5. & 8. Atha-
nassium contra Arrianos, serm. 3. Arnobium lib. 3. contra gen-
tes. Lactantium lib. 2. Institut. c. 7. Ambrosium lib. 3. de Spiri-
tu S. c. 12. & alios passim. 64. Interim

14. Interim cultus iste Religiosus, de quo loquimur, à cultu Homonymia in ver-
civili & politico, immò ab omnibus aliis diversi generis culti- bis supra
bus, qui vel in dilectione fraterna, vel in honore sociali, vel dictis,
in externa tantùm & civili reverentia (prout August. contra
Faust. lib. 1. c. 21. item de vera Religione cap. ult. ferè loquitur) con-
sistunt, accuratè distingui debet: etiam tum, cùm fortè eadem ver-
ba, aut phrasès eadem, sed in diverso sensu, usurpantur.

15. Nos enim ultrò fatemur, non continuò Idololatrias esse, qui Cautio cõ-
vel S. Angelos, vel S. homines, etiam mortuos, honorant & tra calum-
colunt: quia, res verè sacras (ut DE I verbum, & Sacramenta) nias.
reverenter & devotè tractant, &c. Quin potiùs hunc cultum, &
venerationem, in genere sic dictam (sed specialibus tamen objectis
prudenter accommodatam) ipsi quoq; suo loco probamus, & re ipsa
usurpamus. Vide Harmon. Confess. sect. 2. præsertim in Confess.
Helvetica posteriori, item Suevica, & VVirtembergica. Quod cõ-
tra calumnias adversariorum obiter notandum est.

16. Apparet igitur, ex dictis, eos verè Idololatrias esse, qui di- Conclusio
vinum aliquem cultum creaturis exhibent: fatente id ipsum etiã, generalis,
in genere, Thoma Aquinate in 2da 2da. quæst. 94. Quod tamẽ contra Va-
Gregorius de Valentia, celebris Jesuita (in Tractatu de Idolo- lentianum,
lat. lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 10.) non minùs impudenter, quàm ineptè, ne-
gare ausus est: de suo addens in definitione Idololatria, hanc clau-
sulã: Sicut DEO. Quasi tum demũ Idololatria cõmittatur, cùm
divinus cultus exhibetur creaturæ, sicut DEO: si ve, hoc a-
nimo, ut creatura DEO appareatur, aut p DEO ipso habeatur.

17. Hac enim clausula, vel inanis repetitio est ejus, quod præ- Additio
cessit, videlicet, in voce divini cultus (ut meritò, tanquam stru- jus falsa
ma, è corpore definitionis excindi debeat) vel definitionem male notatur.
restringit, ac mutilat, ut non omni definito convenire possit: si ni-
mirum hic sensus esse debeat, quem Jesuita vult, ut idolo existi-
matio talis concilietur, qualis in solum Deum verè com-
petit,

petit, &c. Quo quidem colore Papiſticam idololatriam excuſari
nititur, lib. 2. c. 3. & 6, & 7.

Refellitur
exemplis.

18. Verum hic ſenſus, in multis quidem Idololatriæ ſpeciebus,
apertè falſus eſt, v. g. in Religioſo multarum Imaginum cultu, &
vel ipſi vero D E O, vel etiam falſis Diis, olim à Judæis, aut Eth-
nicis, conſecrata fuerunt. His enim ſignis Idololatriæ non eandē,
quam ipſi vero D E O, exiſtimationem conciliare volebant. Quin
potius apertè inter hunc, & illa diſtinguebant: & tamen Idolo-
latriæ ſemper audiebant. Qua de re ſuo loco plura. Interim vide ſ.
Reg. 12, 32. & 14, 9. & 16, 33. & 19, 18. item Jerem. 7, 9, 18. & 8, 2. &
44, 3. Amos 5, 26. Act. 7, 42, 43. & 17, 16. & ſeqq.

Item testi-
monis Pa-
piſtarum.

19. Ubi obiter nota, Joh. Ferum, virum doctiſſimum, (licet
Pontificium) in c. 17. Act. idipſum, quod modò diximus, ingenuè
fateri: dum inter alia inquit: Omnes gentes coluiſſe Deum,
ab Apoſtolis prædicatum; ſed ignorantes: & licet idola ſi-
bi præſtituerint, animum tamen eorum fuiſſe, vero D E O
cultum exhibere, &c. Similia habent, Card. Cajetanus, in 3.
p. Thom. quaſt. 25. art. 3. Anton. Fonſeca, in Annotat. ad Cai-
etan. in c. 4. Deut. Martinus Pererius, de Traditionibus, art. 3. &
alii nobiles Papiſtæ: inter quos etiam eſt Auctor Catechiſmi
Tridentini, in expoſ. 1. Præcepti. Qui omnes errorem iſtum Va-
lentiiani perſpicuè refellunt.

Alius ejuſ-
dem error
notatur.

20. Sed non eſt ſolum hoc crimen in iſto Jeſuita notandum: ut
qui diſertè etiam tradat (lib. 2. c. 6. 7.) idololatriam quandam
eſſe licitam: vel, ut ipſe loquitur, quendam ſimulacrorum cultum
eſſe licitum: abutens in hanc rem verbis Apoſtoli 1. Pet. 4. 3. ubi ve-
tus Interpres, ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις, vertit, Illicitos ſimula-
crorum cultus. Unde Jeſuita colligit, quosdā igitur ſimulacrorum
cultus eſſe licitos, &c. Sicut, inquit, cum eadē hominis injuſtā audi-
mus, jure aliquando hominē eadē caſu poſſe, intelligimus, &c.

21. Quaſi

21. Quasi verò hoc Epithetum, à Deputatis, nō potius nefarios, quam illicitos idolorum cultus, hoc loco designet: ut quidē Eras- mus, & alii viri docti, etiam Papistæ, reddiderunt. Immo, quasi epitheta semper distinguendi, seu distribuendi, & non saepe amplificandi gratia adhibeantur. v.g. cum impura adulteria, aut nefaria stupra, dicimus. Unde nemo, nisi demens, adulteria quadam pura, & stupra quadam sancta esse, colligat. Sic in epistola Juda v. 15. dicuntur peccatores impii. Nec tamē hinc sequitur, esse alios peccatores pios, quā diu quidē & quatenus peccatores sunt.

Refellitur,
unā cum
probatione
sua.

22. Quare denuò iam concludamus, Idololatriam veram, & propriè dictam, toties committi, quoties divinus cultus, h. e. soli DEO, & Christo debitus, alteri cuiquam adhibetur, qui vel Deus, vel Christus ipse non sit. Atq; hac de generali definitione satis: quæ fundamentum huius controversiæ enseri debet.

Conclusio
iteratur,

23. Addamus aliquid de gravitate huius peccati: quæ vel ex superiore illo epitheto à Deputatis, h. e. nefariæ Idololatriæ (1. Pet. 4, 3.) satis intelligi potest: Sed plenius inde, quòd S. Scriptura non modò Idololatrias, quā diu tales sunt, à regno DEI simpliciter excludit, 1. Cor. 6, 9. Gal. 5, 20. sed etiam ipsum hoc peccatū disertè inter summa crimina recenset, quibus ira DEI maximè concitari soleat. Vide Exod. 20, 5. & 32, 10. & seqq. 1. Sam. 15, 23. Psal. 115, 8. Esa. 42, 17. & 44, 9. & d. Jerem. 10, 3. & c.

Gravitas
huius pec-
cati.

24. Et sanè gravissima ratio hac ferè additur, quòd spiritua- lis scortatio, seu potius adulteriū, simulq; sacrilegiū quoddā, in eo committatur: dū amor, timor, & honor, soli DEO, & Chri- sto debitus, ad idola (quibus Deus suam gloriā dare nō vult, Esa. 42, 8.) tanquam ad corrivales, & adulteros quosdam, injustè trāsferatur. Vide Osee 1, 2. & seqq. & 2, 2. & seqq. Apoc. 18, 1. & seqq. Ut non sine causa Spiritus S. tam saepe, tamq; serio, nos ad fugien- dam Idololatriam, hortetur. Vide 1. Cor. 10, 14. & 2. Cor. 6, 16, 17. item 1. Joh. 5, 21. & passim.

Ratio rei
exponitur.

De prima
& præcipua
Papistica
Idololatriæ
specie.

25. *His ita præmissis, ad species Idololatriæ Papistica jam ve-
niamus. Quorum primam, & præcipuam, statuimus in cultu
Sacramenti Eucharistia, inq. sacrificio Missæ. Etsi enim Sa-
cramentum, & Sacrificium, inter se plurimum differunt: quia
tamen, ex hypothesis Papistarum, in subiecto principali convenire hic
putatur: idcirco duas istas Idololatriæ species, licet alioq. revera di-
versas, quasi partes unius alicuius Integri, p. una specie hoc loco ac-
cipiemus: & tamē utraq. seorsim, & distinctē, paucis explicabim.*

Cultus Sa-
cramenti
Papistici
qualis sit.
1. Praxis in
Missæ quo-
tidiana.

26. *De cultu igitur huius Sacramenti, non modò quotidiana
Ecclesiæ Romana praxis, sed etiam aperta confessio præcipuorū
Papistarum, perspicuè testatur, eum verè & merè divinum esse.
Nam praxis quidem ad oculum quotidie demonstrat, omnes penè
divini cultus species, tam internas, quàm externas, Hostiæ, quam
vocat, consecratæ (Calicis enim, seu vini aquâ mixti, itidem
consecrati, eadem ratio est) revera & palàm à Papistis exhibe-
ri: dum in Missa, signo ad elevationem Hostia dato, omnes, qui ad-
sunt, aut genibus flexis, aut toto corpore in terram prostrato, sup-
plices illam adorant, invocant, concelebrant, &c. q. verò ab-
sunt, audito signo, divinum tamen honorem ei exhibent, suasq.
preces, & animi fiduciam, ad ipsam dirigunt: deniq. ipsam omnes,
ut suum Deum, & Christum, aperte colunt: juxta illud: Non
est panis, sed est Deus, Homo, liberator meus, &c.*

2. Extra
Missam.

27. *Idem fit etiam quotidie extra Missam: dum qui magis de-
voti sunt, eandem illam Hostiam in templis subinde invisiunt, &
nihil non supplices ab ea petunt: immò ipsam in ciboriis, seu Mon-
strantiis, repositam (Nota illud, ev. Joic. 1. apocis, Matth. 24.) aut etiã
per plateas ad egrotos, cum lucernis & tintinnabulis, fortè delatã,
subitò in terram provaluti, suppliciter adorant, invocant, omniq.
divino cultu afficiunt.*

3. In festo
Sacramen-
ti, seu The-
sophoniæ.

28. *Sed omnium maximè conspicuus hic cultus est, in Abo-
minabili illo Festo, quod Sacramenti, seu Corporis Christi*

VOCATIS

vocant: instituto primū ab Urbano IV. Anno 1264. in gra-
tiam muliercula cujusdam superstitiosa, Evæ Reclusæ, nimirum
illi antea nota. Ad quam novum hunc Deum (Patribus ignotum)
solēniter ipse p̄ literas q. trās mittit: additā hac gratulatione, in ipsa
Bulla: Ecce venit Rex tuus ad te mansuetus, &c. Item: Vi-
derunt oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante fa-
ciem omnium populorum, &c. Sed. Festum hoc tamen postea
demum, sub Johanne I I. (qui Clementinas publicavit) circa
annum 1311. publicè receptum fuit. Vide in Clementin lib 3. tit. 16.
de Reliq. & Venerat. Sanctorum. Vide etiam Chemnitium part.
2. Exam. Concil. Trident. & Morneum lib. 4. de Eucharist. c. 9.

29. In hoc igitur Festo valde solēniter, & admodum splendide
atq; operosè, velut in Pompa Persica, Crustulum hoc fatale circum-
gestatur, & palam ab omnibus obviis adoratur: additis etiam ma-
gnis Indulgentiis, & cælestium premiorum promissionibus, ad Ze-
lum acuendum: adhibitis etiam luminibus, crucibus, vexillis, ali-
isq; publicæ letitiæ signis quamplurimis: ut musicis Instrumentis,
viarum ornamentis, campanarum tinnitu, bombardarum stre-
pitu, &c. Ut, si quis collationem inter hoc Papisticum festum, &
veterum Ethnicorum Ambarvalia, aut similes Deorum pro-
cessionem, vel potius illud Judæorum festum, quo Tabernaculū
Molochi portabant (Amos 5, 26.) instituere velit, is veram ejus
speciem animo facile percepturus sit. Et tantum de praxi.

Praxis istius
Festi.

30. Confessio porro Adversariorum non minūs apta est. Quo
rum omnium loco sufficere possūt duo testes, omni exceptione ma-
jores: puta, Bellarminus, lib. 4. de Eucharist. cap. 29. & 30. & Pi-
storius, in sua Tessaradecade cap. 9. qui ambo disertè, Sacramentū
hoc, ut Deum, & Christum ipsum, suppliciter adorandum &
invocandum esse tradunt: nisi quod distinctiones quasdam adhi-
bent, de quibus statim infrā videbitur.

Confessio
Papistarū.

31. Sed ne quis horum testimonia, tanquam privata, rescicere
possit, addemus etiam publicum totius Ecclesiæ Romanæ Decretū.

Item Con-
ciliū Tride-
tina,

Vide igitur Cōcil. Trident. sess. 3. cap. 5. sub Julio III. Anno 1551. ab
disertis verbis traditur: Latriæ cultum, qui vero DEO debet-
tur, huic Sacramento exhibendum esse, &c. Item: pium &
religiosum factum esse, quòd Sacramentum hoc quot-
annis, in peculiari festo, singulari cū veneratione, in pro-
cessionibus, per vias & loca publica circumfertur, &c. Im-
mò Can. 6. anathema dicitur omnibus, qui Sacramentum
hoc latriæ cultu, etiam externo, adorandum, aut in pro-
cessionibus circumgestandum, aut publicè, ut adoretur,
proponendum esse, negant, &c. Ubi vides, universam pra-
xin, quam suprà diximus, aperte stabiliri.

Ejus examē
& censura.

32. Decretum profectò horrendum, & animo toto execrandū:
quippe quo cultus merè divinus, h. e. soli vtro & viventi DEO,
ac Christo ad dextram DEI sedenti, debitus, ad frustulum pa-
nis, & portiunculam vini, aquâ mixti, h. e. ad meras creaturas (&
quidem omni vitâ, sensu, & ratione carentes) idq; sub anathe-
matis pœna, disertissimè transfertur: atq; ita novus quidam De-
us, Patribus ignotus, sumtuosissimè colendus, &c. (quod Anti-
christi propriū est, Dan. 11, 38.) summa vi nobis obtruditur. Quæ
a. quæso, in universo mundo idololatria unquã fuit, si hac nō est?

Exceptio-
nes Papi-
sticum.

33. Excipiunt illi multa. 1. Christum totum, Deum & homi-
nem, in hoc Sacramento, juxta verba Institutionis, substantialiter
esse presentem. 2. Immo etiam, vi Transubstantiationis, nul-
lum hic aliud suppositum esse, præter unum Christum, DEI &
Mariae filium, &c. 3. Huic igitur Christo se divinum illum cultū,
idq; jure merito, immò necessariò, deferre: ut quæ ipsi Angeli quoq;
adorare jubeantur Heb. 1. &c. 4. Latriæ cultum propriè ad Deita-
tem Christi, qua, per naturalem concomitantiam, ibi personaliter
presens sit, hyperdulian verò, ad corpus & sanguinem ejusdē,
deniq; dulian, ad species externas, sub quibus ille totus continea-
tur, distinctè referri. 5. Patres etiam docere, Christum in Sacramē-
to adorandum esse: qui merito hic nobis imitandi sint. 6. Proinde
nullam

Nullam hic idololatriam veram à se committi: sed nos potius in ipsum Christum, eiusq; Sacramentum, injurios esse, qui cultū divinū huic denegemus. Has igitur exceptiones singulatim videamus.

34. Respond. ad I. Christum totum, non minus in ipsa legitima S. Coenæ actione, quam in toto S. ministerio, juxta promissionem suam, fidelibus suis speciali quadam ratione verè presentem esse, extra omnem controversiam est. Sed eundem Christum in Missa Papali, h. e. extra legitimum S. Coenæ usum, & quidem substantialiter, h. e. corporaliter, presentem esse, apertè falsum, adeoq; gemina principii petitio est. In quo Evangelici omnes optime consentiunt: tam hi, qui corporalem Christi praesentiam in S. Coena libenter aliàs admittunt: quam alteri, qui eam non admittunt: sed quorum illi unicam, hi geminam, suae negationis causam afferre possunt, ac solent. De quo aliàs uberius.

Responsio
ad primā.

35. Ad II. Nullum aliud suppositum illic esse, prater ipsum Christum: h. e. panem & vinum, in corpus & sanguinem Domini, substantialiter converti, aut jam tum cōversa esse: multo etiā apertior falsitas est: cui non tantum Institutio S. Coenae, sed & pleriq; fidei nostrae articuli, de Christi persona & officio, & c. immo sexcenta S. Scripturae loca, disertissimè reclamant: sicut in ipsa collatione, DEO favente, clariùs videbimus.

Ad secundam,

36. Ad III. Christum ipsum ubiq; & semper (ac proinde etiā in actione S. Coenae) à nobis in Spiritu & veritate adorari posse, immò adorandum esse, extra omnem quaestionem est. Sed ipsum Sacramentum (vel potius id, quod Sacramentum esse putatur, quum revera non sit) hoc ipso cultu afficiendū esse, id neg. hactenus Adversarii probarunt, neg. deinceps unquam probabunt. Nos autem negativam nostrā in ipsa collatione facile probabimus.

Ad tertiam,

37. Ad IV. Agnoscimus & nos, aliquod discrimen esse inter adorationem DEI, quā purè DEUS, & Christi, quā propriè Christus, seu Mediator DEI & hominum est. Sed istam tamē

Ad quartam.

differentiam inter Iatriam, Iuliam, & hyperduliam, minimè recipimus: quum supra satis ostensum sit, ista vocabula, in hoc quidè cultus genere, prorsus æquipollere: immò quum ratio, simul & experientia, clament, ne à doctioribus quidem Papistis, nedum ab impito vulgo, fictitios illos divinae adorationis gradus, in ipsa quotidiana praxi, distingui: ac ne quidè, in unico illo cultu, distingui posse.

Alia respō- 38. Adde, quòd externæ saltem species, quum mera creatura
sio ad quar-
tam. sunt, dulix cultu afficiendæ non sunt: quòdquæ frustra species divini
cultus ibi distinguuntur, ubi nec DEUS, nec Christus, ita, ut illi
volunt, substantialiter adest: immò ubi nulla alia substantia, quàm
panis & vini, adest: sicut ex supra dictis apparet.

Ad quin- 39. Ad V. Tamei si Patrum exempla, & monita, per se nihil
tam. in causa fidei valere possunt: falsum tamen est, antiquiores illos
Sacramentum ipsum, aut species externas, divino cultu un-
quam affecisse: licet & Christum ipsum in actione illa mystica re-
ligiosè adorandum, & sacra illa symbola reverenter, ut corporis &
sanguinis Christi antitypa, à nobis accipiendæ, totumquæ hoc myste-
rium piè ac devotè tractandum esse, docuerint, &c. Quæ omnia apud
nos extra controversiam sunt.

Ad sextam. 40. Ad VI. Unde jam tandem concludendum est, in cultu Pa-
pistici Sacramenti horrendam idolatriam, itemquæ artoduliam,
aperitè committi, h. e. loco veri & viventis Dei, seu Christi,
frustulum panis religiosè adorari & invocari: ad eòquæ novum De-
um proponi, eiq; serviliter & stultè supplicari: immò ferè omnes
divini cultus species, tum internas, tum externas, eidem exhiberi:
quatenus etiã templa, altaria, festa, vota, sacrificia laudis, &
thuris, &c. ad cultum eius instituuntur. Unde porro cõsequitur, nos,
qui ista damnamus, in Christum, ejusquæ Sacramentum, non inju-
rios, sed pios ac religiosos esse: ut qui utriquæ suum, h. e. legitimum ho-
norem ac cultum, prout par est, asserere studeamus. Et tantum de
cultu Papistici Sacramenti.

41. Hue

gr. Huc jam accedit illa specialis Idololatria, quam Adversa- De Sacrifi-
rit in Sacrificio Missæ, propriè dicto, quotidie exercent: dum cio Missæ.
propriam Christi laudem, ac virtutem (videlicet, peccata nostra
coram DEO expiandi, nobisq; gratiam Spiritus S. & salutē ater-
nam, immò & quævis alia beneficia, promerendi seu procurandi,
&c.) Hostiæ suæ fictitiæ, tanquam quæ re ipsa & numero eadem
sit, cum hostia Christi expiatoria, cælis jã olim illata, transcribunt.

42. Nam propterea Sacrificium hoc verè propitiatorium, Virtutes &
verèq; impetratorium esse docent: cujus tanta vis sit, ut ad o- effectus e-
mnes, vivos simul & mortuos, sese extendat: utq; nullas non, ani- jusdem, ex
mi simul & corporis, calamitates (puta, peccata mortalia, & veni hypothesi
alia, pœnâs q; æternas & temporales: & nominatim morbos, incē- Papistarū,
dia, naufragia, diluvia, damna, &c.) averruncare; contrāq; omnis
generis beneficia, corporalia simul & spiritualia, cōferre nobis pos-
sit. Vide Concl. Trident. sess. 6. c. 2. &c. & Bellarm. lib. 2. de Missa,
cap. 1. & seqq. Item Pistorium in Tessara decade cap. 10.

43. Hinc enim necessario efficitur (quod & praxis quotidiana Idololatria
in Papatu satis ostendit) actionem Missaticam cujusvis Sacri- Missæ pro-
ficuli, pro vera & expiatoria illa Christi oblatione, qua is, ut u- pria.
nicus Sacerdos, semetipsum pro peccatis nostris semel DEO Patri
obtulisse dicitur (Heb. 1. & 2. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10.)
apud illos omninò haberi: nisi quòd modus offerendi diversus esse
dicitur: & proinde Papistas omnem salutis suæ spem, & univer-
sam cordis fiduciam, in illa Missali Hostia, tanquam in divina
quadam panacea, & unico salutis humana presidio, h. e. tanquã
in unico & vero ipsius Christi Sacrificio, immò tanquam in i-
pso Christo Servatore, ppetuò collocare. Quæ certè nova quæ-
dã, & nō minùs, quàm superior illa, execrãda Idololatria, censeri debet.

44. Sed quia hæc altera istius Eucharisticæ (ut sic compendio- Præteritio,
sè nominemus) Idololatriæ pars ex eadem illa hypothese de & cautio,
pendet, ex qua priorem quoq; pendere, jam suprã vidimus; nō est, de voce Sa-
crificiū.
quòd

quod diutius hic immoremur. Tantum hoc obiter monemus, non de quovis Sacrificio nobis hic sermonem esse: ut qui ultró fateamur, in recto S. Cæna usu, & Sacrificium eucharisticum, sive laudis, & gratiarum actionis, pro redemptione per Christum parta, DEO & Christo revera offerri; & commemorationem, simul ac representationem quandam, mortis Domini, verè in eadem peragi, &c. Quo sensu Antiquiores etiã Patres S. Cænam interdum Sacrificium appellare solent. Vide Morn. lib. 3. c. 1. & 4. & 5. de Eucharistia. Vide etiã Harm. Cõfess. sect. 14. &c.

Alia probatio gemine
Idololatriæ
eucharisti-
cæ. 45. Hoc unum restat, ut paucis ostendamus, etiam cõcessa principali Papistarum hypothese, de Transubstantiatione, &c. (qua tamen & falsissima, & absurdissima, immò impossibilis est) nihilominus ipsos, velint, nolint, Idololatriã manifestã in Missis suis, inq; cultu Hostiarũ suarũ, incurere solere, immò debere.

Hypothese
Papista-
rũ de Mis-
sa, &c. 46. Ratio summaria hac est. (1. Fatentur ipsi, & Missæ Sacrificium, & Hostiæ divinum cultum, tanquam adificium quoddam, ipsi Transubstantiationi, tanquam fundamento suo, prorsus inniti. (2. Hanc autem Transubstantiationem absq; vera consecratione fieri posse negant: immò per hanc ipsam, & hujus ipsius vi, tanquam causa efficientis, illam fieri docent. (3. Rursus sacerdotem, nisi animum consecrandi habuerit, re ipsa consecrare negant: immò etiam, nisi intentionem habuerit operandi ex instituto Christi, &c. (4. Deniq; ipsi fatentur, innumera frequenter obstacula, etiam ex improvise, & spectatoribus insciis, accidere posse, qua consecrationem veram impediunt: v. gr. quum minister aut aquam, aut vinum, non verè infudit; aut aquæ nimium infudit; aut panem non ex triticea farina apposuit; aut plures vel pauciores apposuit, quàm, de quibus sacerdos in consecrando cogitet; aut quum sacerdos ipse verba consecrationis omittit; aut eadem non plenè recitat: de quibus tamen ipsi nondum certi sunt, quanam, & quotnam esse debeant, &c. Vide Thomam p. 3. quest. 83. art. 6. &c.

47. Quis

47. *Quis hic, quæso, tam oculatus, aut circumspectus esse possit, ut certò statuat, consecrationem ullam ritè factam esse? Saltem de intentione Sacerdotis, item animo consecrandi, quis nos certiores reddat? Sine quo tamen, ut vidimus, consecratio nulla est. Hac autem vacillante, vacillat Transsubstantiatio. Quæ ipsa si nulla sit, nullum erit Sacrificium Missæ: nullus in Missa, aut in ciborio, Christus, nullus homo & Deus. Et tamen in omni Missa Sacrificium Christi expiatorium, propriè dictum, offer- tur: inq; omni ciborio, etiam extra Missam, Christus, homo & Deus, adoratur, atq; invocatur. O deploranda Cacitas!*

Argumen-
tari ex hy-
pothetib.

48. *Concludamus igitur hunc locum, & quod res est, apertè di- camus, Adversarios in cultu Eucharistiæ, inq; Sacrificio Missæ, ut manifestam, ita horrendam Idololatriam, eamq; geminam, exercere. Quæ Conclusio ampliùs illustrari potest Argumentati- one tali, quali Deus ipse in simili argumento usus est, Esa. 44, 16, 17, 18. Ubi illos nihil intelligere dicit, qui, quum ex una par- te ligni, focum faciant, seque inde calefaciant, ex altera e- jusdem ligni parte Deum sibi formant: cui sese incurvât, quem adorât, & invocant, dicentes ei, Libera me, Deus meus es tu, &c. Prout ibidem prolixè legere est.*

Conclusio
ejusq; illu-
stratio à si-
mili.

49. *Quæ ratiocinatio si bona est (ut certè est) etiam nostra hæc bona erit: Nihil eos in hoc mysterio intelligere, qui, quum ex una farinæ parte panem cibarium pinsant; ex altera Deum sibi fabricant, quem supplices adorant, & invo- cant, dicentes ei, Libera me: Deus meus es tu, &c. Hoc enim est illud Emblemata Papisticum, quod supra citabamus: Non est panis, sed est Deus: Homo liberator meus. Item illud: Fit cibus hic ex pane caro, Deus ex elemento. Item: Qui me creavit sine me, creatur mediante me, &c.*

Applicatio
ad hoc ar-
gumentū.

50. *Gratia sit D E O vere & vivo, & Patri nostro, per Dominū nostrum Jesum Christum, quòd nos Spiritu S. suo gratiosè collu-*

Doxologia
& votum

C

stravit, & ab execrabili hac Idololatria, per Evangelii doctrinam, clementer liberavit. Idem faxit, ut omnes ubiq; Christiani, qui foris ab aliis seducti, in simplicitate cordis sui adhuc errant, ab eadem Idololatria brevi liberentur: quò tandem omnes uno animo, unòq; ore, DEUM & Patrem nostrum, & Dominum nostrum Jesum Christum, in Spiritu & veritate legitime colamus.
Amen.

PROBLEMATUM DUO.

I.

An ullus Christianus, post acceptam veritatis notitiam, bonam conscientiam Missæ Pontificiæ ultrò, Religionis ergò, interesse: & in ea, vel etiam extra eam, à Missifico Sacerdote Sacramentum Eucharistiæ, quod vocant, sive ferio, sive simulato animo, percipere possit?

II.

Item, an verum sit, quod nonnulli prætexere solent, substantiam Cœnæ Dominicæ in Missa Papali adhuc integram superesse: & propterea varios abusos, ac superstitiones, in eandem ab hominibus invecas, nihil illi nocere posse, qui simplici animo signa percipiat, quique nullam ministri dantis actionem, sed solam communicantis, sive accipientis fidem, hic respiciendam esse, persuasus sit?

RESPONSIO AD PROBLEMATUM.

Ad primum respondetur per simplicem negationem. Argumenta è multis hæc paucula satis sint. 1. Quia in Missa Papali horrenda Idololatria exercetur: quam nemo Christianus ullo assensu, aut etiam presentiam suam, quam vis simulato animo intersit, confirmare

confirmare debet. Vide 1. Theff. 5. Ab omni specie mali abstinete,
&c. (2. Quia verum & unicum Christi Sacerdotiū, simul &
Sacrificiū expiatorium, in eadem Missa prorsus abnegatur: dum
falsum & fictitium substituitur. Vide Heb. 7. & 9. prolixè. (3. quia,
licet res per se adiaphora esset, infirmi tamen hinc graviter offen-
duntur: quod Christianis sedulo cavendum est. Vide 1. Cor. 8. de
Idolothytis, &c. (4. q̄a participatio Symbolorū, Idololatria ser-
vientium, solennis quadam Idololatria cōmunio est, seu profes-
sio communionis, quam cum Idolis habemus. Vide 1. Cor. 10. de iis-
dem Idolothytis, &c. (5. Deniq; quia Deus & animā & corpore
purè colendus est: nec veritas corde tantum credenda, sed & ore
profitenda est: etiam cum certo vite periculo, &c. Vide 2. Cor. 4. &
6. Rom. 10. Marc. 8. & alibi passim.

Ad 2. Respondetur per distinctionem. Nam materia quidem
externa, puta, panis & vinum, item particula quadam externa
formæ, ut obscura recitatio verborum Institutionis, &c. in Missa
Papali aliquatenus adhuc superest. Et verum est, nō à dignitate,
seu fide & probitate, aut intentione, ministri; sed à sola Christi
instituentis voluntate, per veram fidem apprehensa, totam Sacra-
menti efficaciam pendere, &c. Interim vera & integra, præsertim
interna, S. Cæna forma, q̄ potior essentia pars est, in Missa prorsus
desideratur: nec tota materia, h. e. utraq; species, omnibus com-
municantibus exhibetur: nec symbola illa revera S. Cæna, sed Mis-
sa Papalis, symbola sunt: ut qua nullatenus ad legitimam finem su-
um referantur; sed omnino in fictitias hostias, & turpis Idolola-
tria instrumenta, cōvertantur, &c. Unde nec fides accipientis a-
ctionem hanc universam, utpote per se malam, & vitiosam, ullo
modo bonam ac salutarē efficere potest. Et sanè, si Apostolus 1. Cor.
11. propter solum Agaparum abusum, à Corinthiis, quamvis id præ-
seferentibus, S. Cænam celebrari meritò negavit: multò magis in
hodierno Papatu, quamvis id ipsum magnificè jactante, S. Domini
Cænā revera celebrari, negandū est: ppter causas antè expositas.

*Nemo igitur seipsum decipiat, aut verbis inanibus fallat: quis
DEUS non rideatur, nec cum Idolis consociatur.*

AD ORNATISSIMUM ET DOCTISS.
VIRUM JUVENEM JACOBUM OMPHALIUM
amicum suum integerrimum.

NON omnēs eadem, trahit ar sua quemq; voluptas,
Quisquis & in partes omnes raptatur aberrans,
Hunc sceleratus amor mirè distorquet habendi,
Alliciens sensus hominis dulcedine vanâ:
Mox alium vehemens in prælia trudit incernâ
Ira furens, sensus turbans, & gaudia tollens.
At, JACOB E, tuo meliorem pectore curam
Veifas, dum satagis turpes aperire Paparum
Enaviter errores, & eorum schismata multa,
Perspicuis thesibus, nobis exponere flagras,
Sume armaturam Christi, Satanamque potentem,
Et mundum, & proprium corpus, geniumque domatõ,
Hisce tuos hostes poteris supponere plantis:
Et tibi Rex Superum Christus dabit ampla Gratiã,
Ampla Gratiã dabit, post mortem ut nempe corona
Immarcessibili cingaris tempora circum,


Benevolentia ergo posuit


Henricus Stulenus


Metelensis VVestphalus.

FINIS.




















IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixi sumus, nulla flagitat necessitas: unico igr
ur: quicumq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
talis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, ut minorem ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
yficæ non competit definitio Artis. Erg. Major
itio generis competit speciei generi subjectæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-
ffe ctivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transc. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forsan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hæc ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόξυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver-
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta
l ideò non possit esse gens Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3

ior